Diſputatio Feudalis

DE INVESTITURA ET PRÆSCRITIONE FEUDI

Quam

DUCE ET AUSPICE JEHOVA

In Inclytâ Academiâ Holſato - Schawenburgicâ

SUB PRÆSIDIO

JOHANNIS

Nörentorpfi extraord. Profeſs.

Defendere conabitur

ERNESTUS KESTNER

Buckenburgicus.

Beneficio affici hominem hominis intereſt, Papinian. in l. 7. ff. de ſervis exportand.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Rintelij ad Viſurgim,

Typis exſcripſit Petrus Lucius, Typogr. Acad.

M. DC. XXIV.

Illuſtriſſimo & Generoſiſſimo Comiti ac Domino,

DOMINO HERMANNO,

Comiti Holſatiæ-Schawenburgi & Sternbergæ, Dynaſtæ in Gehmen, &c.

Domino ſuo clementiſſimo

Diſputationem hanc Feudalem in ſingularem ſubjectionis teſſeram

Dicat, inſcribit, & offert

Erneſtus Keſtner Buckeburgicus.

DE INVESTITURA ET Præſcriptione Feudi.

Theſis I.

PRæcipua juris Feudorum Tractatio ſpectatur in vera ipſius conſtitutione, & verè conſtituti confirmatione ſeu Renovatione: quippe inquibus elucet genuina Feudorũ ſubſtantia & differentia, ut vocant, ſpecifica, quâ varia Feudorum genera à ſe invicem dignoſcuntur, atque affectus horum proprii in univerſum conſpiciuntur.

2. Huic conſtitutioni ſubſternuntur aliquot Feudorũ acquiſitiones, quæ ab illa differunt quàm plurimùm, ita ut illa præcedat, hæ ſequantur; illa eſſentiam Feudi conſtituat, hæ conſtitutam ad alios transferant Dn. Vult. *lib.* 1. *Feudor. c.* 7. *num.* 1. eaq; differentia vel ex tempore, ſi non uno expediuntur monento; vel ſi continuo actu, ſaltem ex naturâ eſt dimetienda Dn. Vult. *d. loc.* Gothfred. Anton. *Diſp. Feudal.* 4. *Th.* 1. *lit. a.* Rittershuſ. *Partit. Feud. lib.* 1. *c.* 8. Diſſentiunt ex Antiquioribus permulti, qui, teſte Rittershuſio *d. loc.* conſtitutionem Feudi cum ejusdem acquiſitione confundunt.

3. Perhibetur verò dictæ conſtitutionis modus ſaltem unicus, diciturq; Inveſtitura, quâ ſolâ ceu medio mediante Feudum datur atque conſtituitur *c.* 1. *Quib. modis feud. conſtituat.* 1. *F.* 25. Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* 4. Mozz. *de ſubſt. Feud. num.* 33. Schneid. *p.* 4 *n.* 1. Gothfred. *d. loc.*

4. Inveſtitura igitur quæ & inveſtitio dicitut *c.* 1. *ſi de inveſtit. inter Dom. & vaſ. lis oriat.* 1. *F.* 26. *c.* 1. *de uſu Medtolanenſ.* 1. *F.* 28. & veſtitura Hotomanno & Andreæ Knichen paſſim *in Tract. de pactis inveſtitur.* à ſimilitudine veſtium dicitur ab inveſtiendo, quod qui feudum accipit, quaſi indumēto quodam veſtiatur: Unde inveſtire propriè eſt poſſeſſionem alicui tradere, ſive poſſeſſionem alicui confirmare ſeu ſtabilire: Sicut è contrâ deveſtire eſt poſſeſſionem alicui auferre Dn. Vult. *d. loc.* Rittershuſ. *d. c.* 8. Andr. Knich. *de pact. inveſtitur lib.* 1. *c.* 1. *in pr.* Unde & reveſtitus dicitur, cui res aliqua eſt reſtituta Rittesh. *d. loc.*

5. Uſus ejus & ſignificatio modò generalis, Gloſs. *in princ. inſtit. de Verb. Oblig. in verb. firmum.* Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 24. modò ſpecialis & juri Feudiſtico propria eſt, Dn. Vult. *d. c.* 7. *n.* 5. *§. Nunc verò vox.* Generalis eſt illa, quâ omnis actus, quo alicui alicujus rei poſſeſſio conceditur quocunque jure id fiat, notatur *c. propoſuit. x. de conceſſion. prabend.* Dyn. *in c.* 1. *num.* 2. *de Reg. Iur. in* 6. Dn. Vult. *d. n. §. verſ. Hinc inveſtituram.*

6. Specialiter verò ex uſu juris Feudiſtici 1. ipſam Feudi poſſeſſionē ſignificat *c.* 1. *Quid ſit inveſtitur.* 2. *F.* 2. quæ contractui eſt conſequens, Dn. Vult. *d. c.* 7. *n.* 6. Deinde Inſtrumentum ſuper inveſtituræ actu memoriæ causâ confectum **der Lehnbrieff** *c.* 1. *de inveſt. de re alien. fact.* 2. *F.* 8. Obrecht. *Diſput.* 8. *Theſ.* 6. *in fin.* aliàs breve teſtatum *c.* 1. *de Feud. Guard.* 1. *F.* 2. *c.* 1. *Qui ſucceſſor. Feud. dar. teneant.* 1. *F.* 3. Tertio & magis propriè, ipſum inveſtiendi actum **die Belehnung**/ *c.* 1. *Quib. mod. Feud. conſt.* 1. *F.* 25. Duar. *de Feud. c.* 7. *n.* 2.

7. Hic inveſtituræ actus perficitur cum promiſſione de feudo conſtituendo, Roſenth. *de Feud. c.* 6. *concl.* 2. vel ſine illa, Dn. Vult. *d. c.* 7. *n* 12 promiſſio illa inveſtiendi actum vel præcedit, vel promiſſio & actus ille ſimul conjunguntur Dn. Vult. *d. loc.* Roſenthal *d. concl.* 2.

8. Fitq;

8. Fitq; actus ille præcedens vel inter vivos vel ultima voluntate Dn. Vult. *d.l.n.*13. inter vivos actu, quo inter dantem & accipientem id agitur, ut feudum conſtituatur, atque exinde obligatio naſcatur, per ea quæ trad. Dn. Vult. *d. loc. num.* 4.

9. Hujus generis ſunt legitima pollicitatio *l.* 3. *in pr. l* 4. *& 6. ff. de pollicitat.* donatio *c.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ.* venditio *d. c.* 1. *in fin. c.* 1. *de Natur. feud.* in dotem datio *t. t. ff. pro dote. §. per traditionē. inſt. de rer diviſ.* permutatio ſeu cambium *c.* 1. *§. cum autem. Si de inveſt. feud. contra fuer.* 1. *F.* 4. Et deniq; ſtipulatio Weſenbec. *de Feud. c.* 6. *n.* 2. *vid.* Dn. Vult. *d. c. n.* 7. *n.* 14. Gothoft. *d. Diſp.* 4. *th.* 1. *lit. d.*

10. In ultima voluntate actus ille præcedens fit à ſolo diſponente rem vel ſuam vel alienam alicui relinquente, ut eam in feudum teneat Roſenthal. *cap.* 6. *concl.* 3. Weſenbec. *c.* 6. *num.* 6. *verſ. at dominus quin alicui.* Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* 15. quod juxta ultimum diſpoſitionis elogium fit vel eo, cui relinquitur ignorante vel non conſentiente, licet, an relictum acceptare velit, ipſius arbitrio committatur Dn. Vult. *d. loc.*

11. Hi promiſſorii actus ſeu cauſæ præambulæ non feudum conſtituunt, ſed ad conſtituendum obligationem producunt, quâ dominum promittentem, ut aut præciſè inveſtiat, aut id quod intereſt, præſtet, omnino aſtringunt Roſenth. *d. c.* 6. *concl.* 5 Dn. Vult. *d. loc. num.* 16. Schrad. *p.* 5. *c.* 1, *nu.* 10. Schneid. *de Feud. p.* 5. *n.* 119. Mynſ. *Cent.* 4. *Obſ.* 61. *num.* 14. niſi promittens, ſe aliquem infeudaturum, juramento confirmet, & poſtea pænitentiâ ducatur, quo caſu propter jurisjurandi Religionem præciſè ad rei in feudum promiſſæ præſtationem tenetur Schrad. *d. c.* 1. *num.* 10. *verſ. niſi hac conceſſio* Roſenth, *d. concl.* 6. *ſub lit, F. verſ. niſi jurejurand.*

 12. Hæc

12. Hæc de actibus inveſtituram præcedentibus ſeu cauſis, ut vocant, præambulis; ſequitur nunc inveſtitura ipſa, quæ aut fit de veteri beneficio, aut de Novo *c.* 1. *Per quos fiat inveſtitur* 2. *F.* 3. Quæ de veteri fit beneficio, inveſtituræ potiùs Renovatio ſeu confirmatio appellatur, de qua in præſentiarum nihil.

13. Inveſtitura quæ de novo fit beneficio eſt vera vel præſumpta Dn. Vult. *d.c.*7.*nu.*8. Roſenth. *de Feud. c.* 6. *cond.* 1. Goedd. *Diſp. Feud.* 3.*Th.*3. junge *c.*1.§. *ſe quis per* 30. *annos. Si de Feudo defuncti content. ſit.* De inveſtitura præſumpta videbimus infrà Th. 73.

14. Vera inveſtitura eſt ſolennis feudi ceſſio Dn. Vult. *d.c.*7.*num.*7. Schoner. *Diſp. Feud.* 5.*Th.* 14. Seu, eſt contractus quidam nominatus, juris civilis, bonæ fidei, ſolenni feudi conceſſione conſtans, Johannes Plebſt *Diſp. Feud.* 4. *Theſ.*8. Gothofred. *Diſputat. Feud.* 4. *Theſ.* 2. Goedd. *d. Diſputat.* 3. *Theſ.* 1.

15. Eſt vera hæc inveſtitura verè contractus *per text. in c.* 1.§. *fin. Quid ſit inveſt.* 2.*F.* 2. & propter mutuam obligandi cauſam ſive συνάλλαγμα, quod ut omnibus contractibus formaliter ineſſe noſcitur *l.* 19. *ff. de Verbor. Sign.* Goedd. *in Tract. de contrah. ſtip. c.* 1. *num.* 28. *& ſeqq.* ita etiam in inveſtituris eſſe tralatitium eſt *c.*1. *de Feudo dato invicem leg. commiſſor.* 1. *F.*27. *d.c.* 1. *Quid ſit inveſtitur* Dn. Vult. *d. cap. n.* 11.

16. Et quidem nominatus: tùm propter certum nomẽ, tùm potius propter certam ac determinatam formam vid. Goedd. *d c.*1.*num.*49. *& ſeqq.* à cæteris negotiis differentem, & huic contractui conſuerudine tributam Zaſ. *de Feud. p.* 1. *num.* 5. Clarus *in §. Feudum. q.* 6.

17. Juris Civilis: propter formam, quam trahit â moribus, qui juris civilis non ſcripti indubitatô pars eſſe judicantur *l.*32. *l.*33. *ff. de legib.* §.3. *junct.* §.9. *inſt. de jure nat. gen. & civil.*

& bo-

& bonæ fidei per rationem *leg. 2. 4. 6. C. de Eviction. &c.* 1. §. *fin. de Nova forma fidelitat.*

18. Inveſtitura vera eſt iterum duplex! Propria vel impropria ſive abuſiva *c.* 1. *in pr. Quid ſit inveſtitur.* Borcholt. *de Feud. c. 7. n.* 4. Rittershuſ. *partit. Feudal. lib. 1. c. 8. q.* 3. Propria inveſtitura eſt actualis in vacuam poſſeſſionem inductio ſeu Realis poſſeſſionis feudi conceſſio *d. c.* 1. *Quid ſit inveſtitur,* Obrecht. *Diſput. 8. Th.* 59. *& ſeqq.* Schrad. *p. 5. c. 3. in pr.* Bach. *d. c. 7. num.* 5. cum ſcilicet dominus vaſallum ſuum corporaliter ſeu realiter (wircklich vnd leiblich) inducit in poſſeſsionem fundi feudalis, Rittershuſ. *d. c. 8. q.* 4.

19. Quæ in feudi poſſeſsionem inductio, & ejus apprehenſio non ſolum manib. & pedibus, ſed & oculis fieri poteſt *l. Quod meo §. ſi venditionem. l. quarundam. ff. de Acquir. poſſeſſ. l. pecuniam. ff. de ſolution.* Borch. *c. 7. num.* 7. Zaſ. *p. 6. num.* 6. Hern. *in c. 1. in pr. Quid ſit inveſtitur. & ibi* Afflict. *num.* 4.

20. Impropria ſeu abuſiva inveſtitura eſt ficta ſeu Symbolica traditio, verbis & ſignis intervenientibus facta, repræſentans futuram poſſeſsionem *in d. c. 1. Quid ſit inveſtitur.* Petr. Ravenn. *in d. c. 1. Quid ſit inveſt.* VVeſenbec. *c. 8. num.* 11. Duaren. *c. 7. num.* 2.

21. Expeditur ergo Symbolica hæc traditio, cum videlicet Dominus vaſallum non inducit in poſſeſsionem realiter, ſed Symbolum aliquod corporeum, velut haſtam, gladium, ſceptrum, annulum, vexillum, baculum ſive ſcipionẽ ipſi porrigens non in re præſenti conſtitutus, inveſtituram ſe facere dicit, his additis verbis, *vade in illum fundum, &c.*

22. Ex quo intelligitur, utramque hanc inveſtituram diſtingui poſſeſsione, quæ illî eſt conjuncta, huic abeſt Dn. Vult. *d. c. 7. num.* 10. *v. ita propria.* Per hanc enim abuſivam inveſtituram non tribuitur alicui poſſeſsio, ſed tantum titulus poſsidendi, per quem neque dominium, neque poſſeſsio

trans-

transfertur, *l. 3. ff. de obligat. & Action. l. ſi ager. 50. ff. de Rei vindicat. l. traditionibus. 20. ubi Dd. C. de pactis.* Mynſ. *cent. 4. obſ.* 61. Schrad. *per multos Authores p. 5. c. 2. num. 15. ubi aliquot exceptiones ſubjungit.*

23. In multis autem aliis ratione maximè effectus conveniunt; Siquidem non minùs per hanc, quam illam feudum eſſe & res in feudum deberi incipit Dn. Vult. *d. c. 7. num.* 10.

24. Hinc Dominus ad Rei per inveſtituram abuſivam conceſſæ traditionem præcisè tenetur, neque præſtando id quod intereſt liberatur *c. 1. in fin. de Nov. form. fidelit. 2. F. 7. cap. 1. paragr. Si facta. Si de feudo defuncti content. ſit. 2. F. 26.* Schneid. *p. 4. num.* 11. Schrad. *d. c. 2. n.* 17. Quod tamen ità exaudiendum, ut maximè Dominus rei tradendæ facultatem habeat Mynſ. *d. obſ.* 61. Schrad *d. loc.* Roſenthal *c. 6. concl.* 8. *n.* 5. Secus ſi ſit, in locum illius rei cedit id, quod intereſt, etiam ſi dominus dolo vel culpâ tradendæ rei facultatem amiſerit *dd. locis.*

25. Quod ſi Dominus poſſeſsionem ex inveſtitura abuſiva debitam dare recuſet, poteſt vaſallus rem feudalem propria authoritate occupare Andr. Geil. *lib. 2. obſerv. 152. nu.* 14. Hartman. Piſtor. *lib. 2. q. 23. num. 26.* Zaſ. *p. 6. num.* 7. vel manu militari officio judicis eam auferre *l. Qui reſtituere.* 68. *ff. de Rei vindicat.* Mynſ. *d. obſerv.* 61. Roſenth. *d. cap. 6. concl.* 7.

26. Quo caſu dominus omnem utilitatem & fructum ex mora provenientem præſtare compellitur *c. 1. in fin. de Nov. forma fidel. d. l. Qui reſtituere.* Schneid. *p. 4. num.* 11. aut vaſallus ſi velit, impetrare poteſt, ut eam ob cauſam proprietate feudi dominus privetur, eaq; ſibi adjudicetur Obrecht. *Diſput. 8. Theſ.* 234. Schrad. *d. concl. 7. in fin.*

27. A Præ-

27. Prædicta tamen Regula de neceſſitate tradendi omninò fallit, ſi ante inveſtitionem vaſallus ex pignoris fortè, commodati, cuſtodiæ, vel alia quadam causâ poſſeſſionem habeat; Quo caſu nova poſſeſſionis apprehenſio cenſetur ſupervacua; Sed nuda domini voluntas ad rem transferendam ſufficit *c. 1. de pign. dato feudo* 1. *F.* 11. *c.* 1. *de uſu Mediolanenſ.* 1. *F.* 28. Rittershuſ. *in partit. feudalib. lib.* 1. *cap.* 9. *q.* 23. §. *interdum.* 43. *Inſt. de Rer. diviſ. l. Qua ratione* 9. §. 5. *l. ſi ſervus* 21. *in fin. de acquir. rer. domin.*

28. Quo nec caſu videtur quis ipſe contra juris rationem ſibi cauſam poſſeſſionis mutare *l.* 3. §. 20. *l.* 9. §. 1. *ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 33. § *ff. de uſucap. l.* 2. §. 1. *ff. pro hered.* cum vaſallus domini voluntate ex priſca cauſa poſſidere deſinat, & illa mutatio non à ſolo priſtino poſſeſſore fiat, ſed aliundè adveniat, ut notat Cuj. *in d. l.* 33. §. 1, *de uſuc. & in parat. C. de acq. poſſ.*

29. Cæterum ſi pluribus eadem res in feudum conceſſa ſit, is reliquis præfertur cui priori traditio facta Mynſ. *d. obſ.* 61. Dn. Vult. *c.* 10. *num.* 11. *verſ. Quinimò licet ei.* Ejusq; deciſionis rationem manifeſtam eſſe dicit Vultej. *d. l.* quod dominium rei non transferatur per contractum ſed per traditionem *l. Quotiens.* 15. *cod. de Rei vindicat. l.* 31. § *ult. ff de Act. Empti. l.* 9. § *ſi duobus. ff. de public. in rem action. l.* 6. *in pr. ff. de diverſ. tempor. præſcript.*

30. Sicut enim res empta in emptoris dominium non tranſit, priusquam ei tradatur, licet ſit debita, & perſonalem actionem eidem tribuat *l. pen. C. de Rei vindic. l. alienatum. de Verbor. Signific. l. Qui tibi* 6. *C. de hered. vel action. vend. l. fin.* §. *Lucius. ff. de donat.* Ita etiam ex inveſtitura ſine actuali poſſeſſionis traditione jus reale in feudis inveſtito non acquiritur. Caſus ab hac Regula exceptos tradunt Geil. *lib.* 2. *obſ.* 55. Roſenth. *c.* 6. *concl.* 10. & 12. Schrader. *p.* 5. *c.* 2. *num.* 19. Rittersh. *partit. Feudal. lib.* 1. *c.* 9. *Quæſt.* 16.

transfertur, *l. 3. ff. de obligat. & Action. l ſi ager. 50. ff. de Rei vindicat. l. traditionibus. 20. ubi Dd. C. de pactis.* Mynſ. *cent. 4. obſ.* 61. Schrad. *per multos Authores p. 5. c. 2. num. 15. ubi aliquot exceptiones ſubjungit.*

23. In multis autem aliis ratione maximè effectus conveniunt; Siquidem non minùs per hanc, quam illam feudum eſſe & res in feudum deberi incipit Dn. Vult. *d. c. 7. num.* 10.

24. Hinc Dominus ad Rei per inveſtituram abuſivam conceſſæ traditionem præcisè tenetur, neque præſtando id quod intereſt liberatur *c. 1. in fin. de Nov. form. fidelit. 2. F. 7. cap. 1. paragr. Si facta. Si de feudo defuncti content. ſit. 2. F. 26.* Schneid. *p. 4. num.* 11. Schrad. *d. c. 2. n.* 17. Quod tamen ita exaudiendum, ut maximè Dominus rei tradendæ facultatem habeat Mynſ. *d. obſ.* 61. Schrad *d. loc.* Roſenthal *c. 6. concl.* 8. *n.* 5. Secus ſi ſit, in locum illius rei cedit id, quod intereſt, etiam ſi dominus dolo vel culpâ tradendæ rei facultatem amiſerit *dd. locis.*

25. Quod ſi Dominus poſſeſsionem ex inveſtitura abuſiva debitam dare recuſet, poteſt vaſallus rem feudalem propria authoritate occupare Andr. Geil. *lib. 2. obſerv.* 152. *nu.* 14. Hartman. Piſtor. *lib. 2. q. 23. num. 26.* Zaſ. *p. 6. num.* 7. vel manu militari officio judicis eam auferre *l. Qui reſtituere.* 68. *ff. de Rei vindicat.* Mynſ. *d. obſerv.* 61. Roſenth. *d. cap. 6. cond. 7.*

26. Quo caſu dominus omnem utilitatem & fructum ex mora provenientem præſtare compellitur *c. 1. in fin. de Nov. forma fidel. d. l. Qui reſtituere.* Schneid. *p. 4. num.* 11. aut vaſallus ſi velit, impetrare poteſt, ut eam ob cauſam proprietate feudi dominus privetur, eaq; ſibi adjudicetur Obrecht. *Diſput.* 8. *Theſ.* 234. Schrad. *d. cond. 7. in fin.*

27. A Præ-

27. Prædicta tamen Regula de neceſſitate tradendi omninò fallit, ſi ante inveſtitionem vaſallus ex pignoris fortè, commodati, cuſtodiæ, vel alia quadam causâ poſſeſſionem habeat; Quo caſu nova poſſeſſionis apprehenſio cenſetur ſupervacua; Sed nuda domini voluntas ad rem transferendam ſufficit *c. 1. de pign. dato feudo 1. F. 11. c. 1. de uſu Mediolanenſ. 1. F. 28.* Rittershuſ. *in partit. feudal. lib. 1. cap. 9. q. 23. §. interdum. 43. Inſt. de Rer. diviſ. l. Qua ratione 9. §. 5. l. ſi ſervus 21. in fin. de acquir. rer. domin.*

28. Quo nec caſu videtur quis ipſe contra juris rationem ſibi cauſam poſſeſſionis mutare *l. 3. §. 20. l. 9. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 33. § ff. de uſucap. l. 2. §. 1. ff. pro hered.* cum vaſallus domini voluntate ex priſca cauſa poſſidere deſinat, & illa mutatio non à ſolo priſtino poſſeſſore fiat, ſed aliundè adveniat, ut notat Cuj. *in d. l. 33. §. 1, de uſuc. & in parat. C. de acq. poſſ.*

29. Cæterum ſi pluribus eadem res in feudum conceſſa ſit, is reliquis præfertur cui priori traditio facta Mynſ. *d. obſ.* 61. Dn. Vult. *c. 10. num. 11. verſ. Quinimò licet ei.* Ejusq; deciſionis rationem manifeſtam eſſe dicit Vultej. *d. l.* quod dominium rei non transferatur per contractum ſed per traditionem *l. Quotiens. 15. cod. de Rei vindicat. l. 31. § ult. ff de Act. Empti. l. 9. § ſi duobus. ff. de public. in rem action. l. 6. in pr. ff. de diverſ. tempor. præſcript.*

30. Sicut enim res empta in emptoris dominium non tranſit, priusquam ei tradatur, licet ſit debita, & perſonalem actionem eidem tribuat *l. pen. C. de Rei vindic. l. alienatum. de Verbor. Signific. l. Qui tibi 6. C. de hered. vel action. vend. l. fin. §. Lucius. ff. de donat.* Ita etiam ex inveſtitura ſine actuali poſſeſſionis traditione jus reale in feudis inveſtito non acquiritur. Caſus ab hac Regula exceptos tradunt Geil. *lib. 2. obſ. 55.* Roſenth. *c. 6. concl.* 10. & 12. Schrader. *p. 5. c. 2. num.* 19. Rittersh. *partit. Feudal. lib. 1. c. 9. Quæſt. 16.*

31. Et quamvis civili jure conſtitutum ſit, ut, qui pluribus eandem rem vendidit, vel permutavit, vel in ſolutum dedit, vel oppignoravit priore obligatione diſſimulatâ, is crimen ſtellionatus committat *l. 3. ff. Stellionat. l. 36. §. 1. ff. de pignorat. action.* feudali tamen jure pro non facto habetur *c. 1. §. ſi quis fecerit. Quo tempor. miles inveſtitur. petere debeat.*

32. Quod ſi non ſatis conſtet duobus factâ traditione, utri priori tradita ſit poſſeſſio, præferendum eſſe illum qui antiquiorem titulum habet, arbitramur cum Zaſio *pag. 6. num. 15.*

33. Sequitur ut qui inveſtituram facere poſſint, diſpiciamus. Et ſciendum, inveſtire poſſe regulariter omnes, qui feudum dare & conſtituere poſſunt nullo vel ſexus *c. 1. §. 1. ibi: fœminam quoq. per quos fiat inveſtitur. 2. F. 3. c. 1. de inveſtit. vet. & novi benefic.* vel dignitatis *Feudiſt. in c. 1. §. novi. per quos fiat inveſtit. 2. F. 3.* vel conditionis *c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. de Natur. feud. 1. F. 7.* præjudicio obſtante: Si modo rei, de qua alium inveſtiunt, ſint domini *arg. l. ſi filius 14. C. de donat. C. nō eſt putanda cauſ. 1. q. 1.* legitimamq; ac liberam bonorum ſuorum habeant adminiſtrationem *c. 1. per quos fiat inveſtitur.* Qui enim qualibet ratione de ſuis rebus prohibetur alienare, is nec per feudum poterit inveſtituram facere Schrader. *de Feud. p. 4. c. 1. num. 62.*

43. Sic pari ratione omnes ii, quibus cum commercium eſt, inveſtituram accipere poſſunt *c. 1. §. perſonam. per quos fiat inveſtit. 2. F. 3.* Dn. Vult. *c. 4. num. 4.* Weſenbec. *c. 5. nu. 1.* non etiam ætate, non ſtatu, non conditione vel ordine obſtante, niſi ſpeciatim prohibeantur *d. c. 1. §. perſonam. c. 1. §. ſi minori. ſi de feudo defuncti contentio ſit. 2. F. 26. arg. l. infant. pr. & §. 2. C. de jure deliberand.* Schrader. *p. 4. c. 3. num. 4.* Qui verò ab hoc utroque genere arceantur partim ex jam dictis, partim aliundè pateſcit.

35. A pro-

35. A procuratoribus etiam utrinque conſtitutis utraq; inveſtitura rectè expeditur *c. 1. §. 1. verſ. ſed utrum per quos fiat inveſtitur. 2. F. 3. c. 1. §. 2. verſ. item inveſtitur. ubi Dd. de Notis Feudor. 2. F. 58.* Weſenbec. *c. 8. num. 12.* Excipe tamen feuda imperialia, Fahnlehn dicta, quorum inveſtitio ſoli Imperatori vel Regi Romanorum eſt reſervata, *Aur. Bull.* Caroli IV. *T. 5.* Von Rechten des Pfaltzgraffen vnnd Hertzogen zu Sachſen/ ibi: Außgenommen der Fürſten Fahnlehn/ denn derſelben Lehn Vergleichnüß behalten wir einem Käyſer/ vnd Römiſchem König. Cujac. *in c. 1. de Feudo ſine culpa non amittendo. 1. F. 21.*

36. Inveſtiunt autem hæ perſonæ non ſolum de feudo jam aperto, ſed etiam de eo quod aperiendum ſperatur, in mortem ſcilicet vaſalli poſſeſſoris, ſine ſucceſſore decedentis *c. 1. §. fin. de Feudo dato in vic. legis commiſſ. c. 1. §. moribus. Si de feudo defuncti content. ſit. 2. F. 26.* Geil. *2. obſerv.* 155. Rittershuſ. *c. 7. q. 22.* Hartmann. Piſtor. *lib. 2. q. 25.* Roſenthal. *cap. 4. concl. 9.*

37. Nec impedit, ſi vaſallus illius feudi liberos tunc temporis habeat *c. 1. in fin. de feudo dato in vic. lege commiſſ. c. 1. in fin. Qui ſucceſſores teneantur.* Dn. Vult. *d. c. 7. num. 49.* atq; illius conſenſus non requiſitus fuerit *d. c. 1. §. moribus. in fin. Si de Feudo defuncti content. ſit.* cum enim jus vaſalli hoc caſu non minuatur, neq; illius ullo modo interſit, ejus quoq; cōſenſus non eſt exquirendus *l. in cōcedendo 8. cum l. ſeq. ff. de Aq. pluv. arcend. l. ult. ff. commun. prædi. l. per fundum, or. ff. de ſervitutib. præd. ruſticor.*

38. Hæc inveſtitura feudi aperiendi tàm à parte inveſtiti, licet is ante vaſallum poſſeſſorem deceſſerit Dn. Vult. *d. c. num. 51.* Roſenth. *cap. 6. concl. 15. num. 5.* quàm à parte inveſtientis ſive domini eſt tranſitoria in hæredes, ita ut inveſtituram à prædefuncto factam omninò ratam habere co-

gantur *c. 1. Qui ſucceſſor. feud. dar. teneant.* 1. *F.* 3. *c.* 1. *Qui ſucceſſ. teneant.* 1. *Feud.* 9. *c.* 1. §. *moribus. Si de feudo defuncti content. ſit* 2. *F.* 26. Heres n. defuncti factum ſervare tenetur, neq; illi contravenire, etiamſi maximè vellet, poteſt. *l. Ex contractibus* 49. *ff. de obligat. & Act. l.* 3. *C. de rebus alien. non alienand.*

39. Clerici autem non adeò anteceſsorum ſuorum Epiſcoporum inveſtitiones adimplere tenentur *d. c.* 1. *Qui ſucceſſor. feud. dar. teneant.* Roſenthal. *d. c.* 6. *concl.* 6. quippe qui cauſam non habent ab ipſo anteceſſore defuncto, ſicut ſeculares, ſed poſtulatione vel Electionis ſuffragio ad Eccleſiaſticam illam dignitatem evehuntur *c. ad decorem* 5. *x. de inſtitut. c.* 2. *de conceſſ. prabend. c. Apoſtolica.* 8. *q.* 1. Quod tamen *fallit.* 1. Si vivo prælato anteceſſore feudum apertum fuerit *c.* 1. *ibi: Si poſſeſſio rei pro beneficio inveſtitura penes eum fuerit, de clerico qui inveſtitur. facit.* 2. *F.* 35. deinde ſi inveſtituræ factæ capitulum conſenſit Roſ. *d. concl.* 16. *num.* 7. Dn. Vult. *c.* 10. *nu.* 16. *verſ. Quod ſi vero inveſtitura.* de plurib. videatur Roſenth. *d. concl.* 16.

40. Porrò in inveſtitura ſpectandæ ſunt ſubſtantia & Qualitas. Subſtantia vertitur in ejus ſolennitatibus, quarum numerus ſi ſit incompletus, inveſtitura habetur pro nulla Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* 20. Requiritur autem ad inveſtituræ actum ſolenniter expediendum ex communi feudorum jure primum citatio, quæ, ſi cui ſine determinatione temporis promiſſio de feudo conſtituendo facta, neque eam in continenti inveſtitura ſubſecuta, à promittente ad inveſtituram accipiendam eſt facienda, aut ſit promittens longiorem moram committat, is cui promiſſio facta eſt, ultrò ad juramentum fidelitatis, aut id, ad quod tenetur præſtandum comparere debet Dn. Vult. *d. c.* 7. *n.* 21. Borcholt. *de Feud. c.* 27, *num.* 29. Si verò in diem facta ſit, is exſpectandus

erit.

erit Alvarott. *numer.* 27. *in cap.* 1. *qui ſucceſſor. feudum. dar. teneant.*

41. Quod ſi is, cui promiſſio facta eſt, ter vocatus fidelitatem præſtare recuſet, poſteâ Dominus eum inveſtire non tenetur Borcholt. *d.c.*7. *nu.* 29. Dn. Vult. *d.n.*21. Roſenth. *d. c.* 6. *n.*48. Schrad. *p.*9. *c.* 7. *n.* 45.

42. Et licet juxta diſpoſitionem juris communis una citatio peremptoria pro tribus regulariter ſufficiat *l. non nunquam.* 72. *ff. de judic. l. contumacia.* 53. *ff. de re judicat.* hîc tamen præcisè trinâ citatione opus eſt Dn. Vult. *d.c.*7. *num.* 21. *verſ. Et cùm aliàs.* niſi citatus ad primam venire recuſaverit. Alvarott & *alij Dd. in c.* 1. *de vaſallo qui contumax eſt.* Schrader. *p.* 9. *cap.* 7. *num.* 6. *verſ. Hac concluſio*, vel præſens in judicio citatus fuerit Schrader. *d.c.* 7. *verſ. Secundo hac concluſio.*

43. Atque hæ trinæ citationes intervallo ſeptem aut decem dierum, ſeu pro arbitrio curiæ domini fieri debent *Dd. in c.* 1. §. *Eſt & alia. Quæ fuit prima cauſ. benefic. amittend.* Dn. Vult. *alleg. loc.*

44. Secundo ad ſolennitatem inveſtituræ ſive propriæ ſive impropriæ teſtes requiruntur idonei, iiq; ad minimum duo *c.* 1. *Quid ſit inveſt.* 2. *F.* 2. *c.* 1. §. *Quod autem. in fin. de Notis Feudor.* 2. *F.* 58. quales reputantur pares curiæ ſi haberi poſſunt *d. c.* 1. *Quid ſit inveſtitur.* Ritterhuſ. *lib.* 1. *part. Feud. d. cap.* 9. *q* 2. *in fin.* Borcholt. *c.* 7. *nu.* 27. ſin minus, admittuntur extranei *d. c.* 1. §. *Si verò. ibi: ſi autem inveſtitura. Quid ſit inveſtitur. cap.* 1. *de conſuetud. recti feud.* 2. *F.* 33. *c.* 1. *de Not. Feudor.* niſi ſpeciatim prohibeantur, ut fæminæ, ſervi & id genus alii *d. c.* 1. *Quid ſit inveſtitur. c.* 1. *Qui teſtes ſint neceſſar. d. cap.* 1. *de Not. feudor.* Ritterhuſ. *c.* 9. *q* 1.

45. Tertiò coram idoneis teſtibus inveſtitura alterutro horum modorum peragitur, ut vel poſſeſſio rei feudalis in ipſius inveſtituræ negotio ſtatim tradatur, vel non poſſeſſio

quidem ipſa, ſed ejus loco aliquid corporeum *c.1.in pr. Quid ſit inveſtitur.* Dn. Vult. *d.c.7.num.29.* iſto modo inveſtitura propria, hoc in propria fieri cenſetur, quod latius enucleat Dn. Vult. *d.loc.* Schrad. Roſenth. *& paſſim Feudiſtæ.*

46. Ultima & potiſſima inveſtituræ ſolennitas in eo eſt, ut fiat ad humilimam *c.1.§.fin. verſ.nulla ibi gloſſ. per quos fiat inveſtitur.* Mozz. *de ſubſt.feud.c.7.num.61.* Schrader. *p.5.c.3.nu.2.& p.6.c.1.n.19.* & devotam vaſalli petitionem & oblationem ad fidelitatis præſtationem *d.c.1.§.fin. verſ. nulla. per quos fiat inveſtitur. cap.1. de controverſ. inter Epiſcop. & vaſall.* Schrad *p.5.c.6.n.4.*

47. Atq; hæc fidelitatis præſtatio inveſtituram abuſivam ſolet ſequi, propriam verò præcedere, adeò ut, ſi per vaſallum denegetur, poſſit quoq; Dominus ei denegare inveſtituram & ipſum feudum *d. cap. 1. verſ. nulla. circa fin. per quos fiat inveſtitur.* Dn. Vult. *d.c.7.num.41.* Goedd. *diſp. Feudal.3.Th.12.lit.B.*

48. Dictis jam ſolennitatibus annumerant nonnulli ex interpretibus Scripturam, quæ vulgò breve teſtatum *c. 1. de Feudo Guardiæ c.1. Qui ſucceſſor feud. dar. teneant. c.1.in pr.§.3. & §.5. ſi de inveſtitur. feud. controverſ. fuerit.* inſtrumentum publicum & tenor inveſtituræ, Germanis Lehnbrieff indigitatur *c.1. in pr. verſ. ſi enim domino & §.1. verſ. ſi autem. Quid ſit inveſtitura. c.1.§.inſtrumentum. & §. idcirco. de notis feudor.*

49. Quæ ſcriptura veriore quorundam judicio tum demum neceſſaria putatur, ſi inter partes convenit, ut inveſtitura inſcriptis fiat *per leg. contractus de Fid. inſtrumento. §. ſed hoc quidem. inſtit. de Empt. & vendit.* Dn. Vult. *d.c.7.n.41.* Mozz. *c.5.n.63.*

50. Alias in inveſtituræ contractu, ut & aliis pactionibus neceſſaria non eſt *l. pactum. 17. C. de pact. l. judicia. C. de Rei vindic. l. 1. l. inſtrumentis c. de fid. inſtrumento.* Sed ad probatio-

nem

nem ſolummodò ejus quod actum eſt, valde utilis *c. 1. ibi. in ſcriptis bonæ recordationis causâ inſerere procuravimus. de probat. inveſtit. ne ſcilicet fraus fiat domino, vaſallo vel agnatis* Sonsbec. *p.9.num.23.*

50. Ideoque generali quadam conſuetudine hodiè penè receptum eſt, inveſtituræ actum cum omnibus ſuis pactis in ſcripturam redigi, in qua & res in feudum datæ, & earum confines exprimi valdè prodeſt Schneid. *de Feud.p.4.nu. 29. & duob.ſeqq.* VVeſenbec. *c.8.in fin.*

51. Hinc ſi inveſtitus ſibi dari petat ejuſmodo ſcripturam vel inſtrumentum, VVeſenbec. *d.c.8.n.15. verſ. deinde ut dominus teneatur.* Roſent. *c. 6.concl.* 112. Schneid. *p. 5. Feudor. n.117.* dominus omninò ſicut vice versâ vaſallus ejuſdem argumenti apocham, quam Reverſale, **ein Reverß** vocant, dare tenetur Roſ. *d. concl.* 111. *ſub lit. C. ubi ait ſic uſum obſervare.*

52. Hujuſmodi verò ſcripturæ teſtes adhibendos eſſe indubium eſt, cum ſit inſtrumentum publicum, quod à Notario teſtibus præſentibus ad hoc rogatis fieri ſoleat *l. ſcripturas. c. Qui potiores in pignor. text. in c.1. Quid ſit inveſtitur. & c.1. Qui teſtes ſunt. neceſſar.*

53. Tantum de inveſtituræ ſubſtantia & ejus ſcriptura; Nunc de ipſius qualitatibus paucis agemus. Spectantur autem qualitates ex cõnſuetudine generali in Modo & Acceſſoriis, Dn. Vult. *d c.7. n.* 44. Modus ad inſtar aliorum contractuum redactus eſt, ut inveſtitura fiat vel purè, vel ſub conditione, vel in diem *c.1. & ibi Dd. Qui ſucceſſores teneant. §. omnis ſtipulatio. 2. inſtit. de Verb. Obl.* Borcholt. *c.7. nu. 22.* Purè factâ inveſtiturâ feudum jam conſtitutum dicitur *arg. d. §. omnis ſtipulatio. & §. ſub conditione. 4. inſt. de V. O.* Borch. *d.c.7. n.23.* Sub conditione v. vel in diem donec conditio exiſtat, vel dies veniat, actus ſuſpenditur. Conditionis ſiquidem natura eſt, ut in futurum reſpiciat & actum ſuſpendat.

Nam

Nam conditiones in præſens vel præteritum tempus relatæ ſtatim perimunt obligationem, aut omnino non differunt *l. conditio.* 100. *ff. de V. Obl.* §. *Conditiones, inſt. eod.*

54. Sub conditione facta valet, ſi ea poſſibilis & honeſta ſit *arg.* §. *impoſſibilis &* §. *pen. inſt. de inutilib. ſtipulat.* Borcholt. *c.* 7. *nu.* 24. *in pr.* non verò de facto vel jure impoſſibili *l. continuus,* 137. §. 6. *l. Si ſtipulator.* 35. *ff. de V. Obligat.* §. *non ſolum. inſt. de inutl. ſtipul.* Ex facto, ſi, quod eſt in conditione per naturam fieri nequeat *d. l. ſi ſtipulator. in pr.* de jure, ſi id quidem per naturam fieri poſſit *l.* 83. § 5. *de Verb. Obligat.* lege tamen fieri prohibeatur, cujuſmodi conditiones ſunt turpes & contra bonos mores *l.* 26. *& l. ſeq. l.* 123. *de Verb. Obl.*

55. Inveſtitura de re propria, non verò de alienâ purè facta valet, ad hoc ut ei, qui de ea inveſtitus eſt, feudum conſtitutum cenſeatur *c.* 1. *Qui ſucceſſor. teneant. c.* 1. *de cleric. qui inveſt. fac.* Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* 46. Sed bene ſub conditione: *Si mea erit, eum in feudum habeto,* facta valet, *l.* 41 §. 2. *ff. de Legat.* 1. nec dominus pendente conditione poteſt pœnitere Petr. Ravennas. *in c.* 1. *Qui ſucceſſor. feud. dar. teneant.*

56. Eodem modo valet inveſtitura facta ſub conditione caducitatis, ſi videlicet dominus tertium de feudo in vaſalli, adhuc viventis poſſeſſione conſtituto inveſtiat in caſum, quo iſto vivo feudum illud futurum eſſet caducum Dn. Vult. *d. c.* 7. *n.* 47. Goedd. *Diſput. feud.* 3. *Th.* 6.

57. Acceſſoria inveſtituræ ſpectantur potiſſimum in Pactis, quæ & pactiones *cap.* 1. ut Vaſall. ſumptib. dom. ſervitia præſt. & tenor inveſtituræ dicuntur *cap.* 1. §. *præterea ibi Dd. Quid ſit inveſtitur c.* 1. §. *Caſ. quibus fam. ſucced.* atque ob diverſitatem circumſtantiarum certâ Regulâ definiri nequeunt: Unde ſervandum non ſolum quod ſtipulando *l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. *de conſtit. pecun.* ſed & quod paciſcendo convenit, modò naturâ vel lege impoſſibile non ſit *arg. l. Juris gentium.* 7. §. *ait prætor.*

prætor. l. 27. §. 4. *l.* 28. *l.* 53. *ff. de pact. l.* 6. *C. eod.* Mozz. *in C. de accidental. feud. num.* 47. Roſenthal. *c.* 6. *concl.* 30. Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* 55. *in pr.*

58. Communi Feudorum jure impoſſibilia habentur pacta, quæ contra feudi ſubſtantiam fiunt, cujuſmodi ſunt, ne Fides, quæ de feudi cenſetur ſubſtantia, præſtetur *c.* 1. §. *fin. ibi. Dd. Per quos fiat inveſtitur.* Borcholt. *de Feud. c.* 1. *nu.* 1. Curt. jun. *p.* 1. *q.* 7. *in fin.* ne inveſtituræ ſolennia (quæ publici juris ſunt, ac ob id privatorum pactis mutari nequeunt *l. jus publicum.* 38. *ff. de pact.* Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* §. *ex quibus jam intelligitur.*) fiant, ut feudum in re alia, quam immobili, vel æquipollente conſtituatur *c.* 1. *in fir. d. Feud. cognit. c.* 1. §. *fin. in quibus cauſ. feud. amittatur.*

59. Reliqua verò pacta, quæ verſantur circa feudi adminicula *c.* 1 §. *præterea. Quid ſit inveſtitur. c.* 1. *verſ. qualitercunq; ibi. licet propriam. de Feudo non habente propriam feudi natur.* hoc eſt, adiuncta, qualitates & accidentia, omninò valente, tiamſi iis ſint contraria, Dn. Vult. *d. c.* 7. *num.* 55. *verſ. pacta autem.* dummodò non ſint contra bonos mores (quæ ſunt vitioſa *l.* 26. *& ſeq. de Verbor. Obligat. l.* 7. §. 7 *ff. de pact.* §. *impoſſibilis & fin. inſtit. de inutilib. ſtip.*) contractu interim manente ſalvo. Mozz. *C. de Accidentalib. feudi. num.* 35. Roſenth. *c.* 6. *concl.* 31.

60. Hinc ſubſiſtit pactum, ut vaſallus certa *c.* 1. §. *præterea. Quid ſit inveſtitur. c.* 1. *in fin. ubi Feudiſt. in quib. cauſ. feud. amittat.* 2. *F.* 23. Roſenthal. *c.* 8. *concl.* 4. *& ſeq.* Rittershuſ. *cap.* 11. *q.* 11. aut nulla ſervitia exhibeat Schrader. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 6. *& ſeqq.* Ut vaſallo ſcienti rem eſſe alienam dominus evictionem ...

61. Valet etiam pactum de Fidelitate, ne ſcilicet præſtetur fidelitas h. e. juramentum fidelitatis *c.* 1. §. *fin. per quos fiat inveſtit. c.* 1. §. 1. *in fin. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amittend. c.* 1. *de Fidelitat.* Quod de Eccleſia ſpecialiter definitum eſt *c.* 1. *Eccleſiam Fidelitatem non fac.* item ut ſolus vaſallus præſtet homagium & fidelitatem juret, liberi poſteriq; eo jurejurando non teneantur Hotoman. *Diſp. Feudal. c.* 40.

62. Eâdem ratione de ſucceſſione paciſci licet, ut aſcendentes Dn. Vult. *c.* 9. *num.* 101. Roſenthal. *c.* 7. *concl.* 14. *n.* 18. Schrader. *p.* 7. *c.* 6. *num.* 3. liberi naturales legitimati Rittershuſ. *c.* 11. *q.* 3. & fratres in feudo ſcilicet novo ſuccedere valeant *c.* 1. *in fin. ibi. niſi pactum fuerit inveſtitura. de Feudo March.* 1. *F.* 14. *c.* 1. *ibi: niſi facta fuerit eo pacto inveſtitura. de Fratrib. de novo beneſic. inveſtit.* 2. *F.* 12. *c.* 12. *c.* 1. *in fin. de duob. fratr. à cap. inveſtit.* 2. *F.* 18.

63. Sic fœmina pacto quodam ſpeciali ad ſucceſſioné poteſt vocari *c.* 1. §. *hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poſ. c.* 1. §. *fin. de ſucceſſ. feud. c.* 1. *in fin. de Feud. March. c.* 1. §. *fin. Quid ſit inveſtitur. c.* 1. *ibi: niſi ejus conditionis ſit feudum. de ſucceſſi. fratr.* 1. *F.* 11. Schrader. *p.* 7. *c.* 4. *num.* 41. niſi pactum ſit perſonale, quod perſonam non egreditur.

64. De alienatione pactum fieri poteſt, ut vaſallus feudum poſſit alienare ſine domini conſenſu *c.* 1. *de feudo non habente propr. feudi nat. c.* 1. §. *feudum ea lege datum. Si de feudo defuncti content. ſit* item ut non poſsit alienare, Mozz. *in c. de accidental. feudi num.* 8. quod ad hoc operabitur, ut vaſallus illud ſubinfeudare non poſsit Mozz. *d. c. de accident. n.* 9.

65. De amiſsione quoq; feudi pactum procedit, ne vaſallus ob non petitam inveſtituram feudo cadat, Sylv. *de Feudi Recognot. q.* 78. item ut ob ingratitudinem non quidem ipſum feudum amittatur, Mozz. *in d. c. de accident. feud. u.* 45. ſed certa pecuniæ ſumma pœnæ nomine pendatur.

66. Non

66. Non tamen valent pacta ſuper feudi adminiculis, ut feudum ob commiſſam feloniam vel ingratitudinem non amittatur, Curt. Jun. *p.* 1. *q.* 7. *num.* 3. *&* 4. Mozz. *C. de accident. feud. num.* 35. quippe quæ contra bonos mores facta occaſionem delinquendi præbent *l. ſi unus.* 27. *§. illud. ibi Iaſon & Dd. ff. de pact. l. illud convenire* 5. *ff. de pact. dotalib.* licet turpia & impoſſibilia pacta ſubſecutâ traditione, in licita mutari tradant Bald. *in l.* 1. *ff. de Rer. diviſ. q.* 1. *&* 2. Laudenſ. *in c.* 1. *de concl. Guard.*

67. Denique de pactis notandum, quod licet in conſtituendo feudo de novo dominus pro libitu inveſtituræ pacta apponere *c.* 1. *de fratrib. de novo benef. inveſtit. c.* 1. *§. fin. de feud. March. l.* 7 *§. ff. de pact.* & ita contractui legem dicere poſſit; contractu tamen ſemel perfecto vaſallo invito, & è contrario vaſallus invito domino nullũ apponere poteſt, Schneid. *de Feud. p.* 4. *num.* 32. *&* 3. *ſeqq.* Mozz. *cap.* 5. *num.* 56. niſi fortè inter ipſos aliter conveniſſet.

68. Tantum de pactis; ſequitur ut de interpretatione nonnihil adjiciamus. Inveſtituræ igitur & pactorum, ſeu potiùs inſtrumenti ſuper iis confecti ac minus clari juſta debet haberi inter pretatio, eaq; ſumenda eſt ex mente vel hominis vel legis. Mens hominis colligitur ex inveſtituræ verbis. Unde inveſtituræ tenorem non eſſe reſtringendum, ſed pro ut ejus verba ſonant accipiendum, nec ab ijs recedendum, ajunt Paris de put. *de Feud. redintegr. cap.* 30. *num.* 30. *num.* 12. Curt. jun. *p.* 1. *q.* 6. *num.* 29. Hartm. Hiſtor. *q.* 1. *n.* 3. *n.* 4. *p.* 2.

69. Verba autem illa juri & naturæ illius feudi, de quo ſunt concepta, debent eſſe convenientia, clara & perſpi-

gitur, ſit potiùs donatio, quam feudalis conceſſio Dn. Vult. *c. 7. num.* 56. Roſenthal. *c. 6. concl.* 28. Mozz. *inc. de accident. feud. n.* 40. *& ſeq.*

70. Quod ſi verba inveſtituræ fuerint obſcura & ambigua, ut ex iis mens contrahentium intelligi non poſſit, tunc ad mentem legis eſt recurrendum, & omnium primò ea, quæ moribus & rebus judicatis eo loci, ubi inveſtitura facta recepta fuerunt, exactè ſunt exquirenda *c. 1. de Feudi cognit. l.* 50. §. *fin. ff. de Legat.* 1. *l. miſſi.* 7. *ibi: conſuetudine ſervatâ Regionum. C. de Exact. tribut.* Optima eſt enim legum interpres conſuetudo *l. 37. ff. de Legib.* & maxima rerum judicatarum authoritas *l. ſeq. eod.* quæ pro veritate habetur *l. 207. ff. de Rejudic.*

71. Si verò alia eſt in loco, ubi inveſtitura facta, & alia in eo loco, ubi res ſita, eſt obſervatio, tunc attenditur loci in quo res ſita eſt, Schöner. *Diſput. Feudal.* 5. *Th.* 93. *lib.* 1.

72. QVod ſi de peculiari aliqua obſervatione nõ conſtet tum ad generales conſuetudines & uſus feudorum in Nomotheſia feudali comprehenſos confugiendum eſt *c. 1. verſ. ſtrenuus. ibi: Dd. de Feudi cognit.* Mynſ. *cent.* 5. *obſerv.* 76. *nu.* 4. Quod ſi nec ex illis, quid decidendum, appareat, verba inveſtituræ dubia pro vaſallo contra dominum qui apertius legem dicere potuit ſunt interpretanda *l. veteribus* 39. *ff. de pact. l. labeo.* 21. *l.* 33. *ff. de contrah. empt. l. in contrahenda.* 72. *ff. de Reg. Iur.* niſi vaſallus ipſe conditionem aut pactionem adjecerit Petr. Fabr. *in l.* 67. *num.* 10. *l.* 172. *ff. de Reg. Iur.*

73. Hactenus de utriusq; inveſtituræ ſolennitatibus, pactis & interpretatione; ſequitur nunc inveſtitura præſumpta, quæ præſumptam ex lapſu temporis voluntatem habet, vocaturque Præſcriptio feudi, Roſenthal. *c. 6. concl.* 77. *& & ſeqq.* Schneid. *p.* 4. *num.* 59. Schrader. *p.* 5. *c.* 4. Ritterſh. *lib.* 1. *c.* 18. *q.* 1. Tempus enim à lege præfixum eſt inſtar inveſti-

veſtituræ & loco tituli, Feudiſt. *in c.* 1. *§. ſi quis per* 30. *annos. Si de feudo defuncti contentio ſit.* eoque finito omnia præſumuntur ſolenniter acta, Andr. Geil. *lib.* 2. *obſerv.* 161. *num.* 6. Roſenth. *c.* 4. *concl.* 31.

74. Acquiritur autem præſcriptione feudum tam à vaſallo, quàm à domino *c.* 1. *de uſu Mediolanenſ. c.* 1 *§. ſi quis per* 30. *annos. Si de feudo defuncti contentio ſit.* Roſenth. *c.* 6. *concl.* 77. Rittershuſ. *p.* 1. *c.* 18. *q.* 3. Vaſallus feudum præſcribit, ſi rem immobilem alienam, nec vitioſam per 30. annos animo vaſalli & titulo feudi continuò poſſederit, & ſervitium domino exhibuerit ſive obſequium feudiſticum præſtiterit *c.* 1. *§. ſciendum. de Feud. cognit. d. §. ſi quis per* 30. *annos. Si de feudo defuncti content. fuer.* Roſenthal. *d. c.* 6. *concl.* 77. *num.* 7. Dn. Vult. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 4. *& ſeqq.* Rittershuſ. *d. c.* 18. *q.* 3. Mynſ. *cent.* 4. *obſerv.* 29. Geil. *lib.* 2. *obſerv.* 60. *n.* 4.

75. Hæc præſcriptio in Nomothesia feudali longi temporis dicta *tit.* 87. *in extrad. vid.* Dn. Vult. *c.* 9. *num.* 5. reverâ temporis eſt longiſſimi, vel ob ſolum 30. annorum ſpacium *in d. §. ſi quis.* definitum, vel etiam interpretationem Longobardicam, tanto annorum numero concluſam vid. Dn. Vult. *d. loc.*

76. Requiruntur ergo 30. anni completi, *ob partic. PER in d. §. ſi quis per* 30. nec ultimus annus ceptus pro completo habendus, Præpoſ. *in d. §. ſi quis. arg. l. in omnibus.* 6. *ff. de oblig. & action.* & poſſeſſio, quam animo habendi in feudum teneri oportet *d. §. ſi quis per* 30. *ibi: ut feudum poſſedit.* Si enim res alio poſſideatur animo, poſſeſſio in præſcribendo feudo nihil operatur Dn. Vult. *d. c.* 9. *n.* 12.

ſed AMORE & honore domini acquiratur, proindeque quovis empore pignus illud ab alio poſſeſſum à domino ſui & recuperari poſſit *c.1. in pr. de feudo dato in vicem legis commiſ.*

78. Præterea continua debet eſſe poſſeſſio & non interrupta, *quod idem innuit partic.* PER *in d. §. ſi quis.* Roſ. & Alvarott. *in c.1. de uſu Mediolanenſ.* Borcholt. *c. 7. p.3. nu.* 5. poſſeſſione tamen auctoris continuatâ cum poſſeſſione ſucceſſoris, quæ pro una habetur Dn. Vult. *d.c.9.n.13.*

79. Et ſi verò juſta poſſeſſio ſpectetur in titulo, & bona fide, hîc tamen titulo opus non eſt Schrader. *conſil.* 34. *n.*78. *vol.*1. ſicut nec bona fide *l. ſicut. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor:* quod jure canonico, quod teſte Mynſingero *cent.* 4. *obſerv.* 6. *&* Geil. 2. *obſerv.*18. *n.*2. in materia præſcriptionum in camera imperiali approbatum, ſecus eſt.

80. Requiſitis præſcriptionum ſic ſtantibus an æquè res Eccleſiarum vel Rerumpublicarum, ſicut res laicæ ac privatæ ſingulorum præſcribi queant, non parum Dd. controvertunt? Communiori equidem interpretum calculo 40 annorum curſus, vel etiam quandoque tempus immemoriale deſideratur Mynſ. *cent.* 4 *obſ.*19. Roſenth. *c.6. concl.*78. *nu.* 7. *& ſeqq.* Schrad. *p.5. c.4. n.17.* Duar. *c.13. n.3.* Verum quia Feudiſta ſine diſcrimine affirmat, eum qui rem aliquam per triginta annos ut feudum poſſedit, & domino ſervitium exhibuit, tutum & ſecurum eſſe; neque in præſcriptione Ducatuum, Marchionatuum, aliarumque ditionum tam ſecularium, quam Eccleſiaſticarum, quarum frequens in diſciplina feudaria fit mentio, diverſitatem temporis inducat, ullam ratione rerum in præſcriptione feudi fingere diſcrepantiam incivile eſſe arbitramur cum Dn. Vult. *d. c. 9. n.* 8. Schenck. *in d. §. ſi quis. ſi de feudo defuncti content. ſit.*

81. Dominus feudum præſcribit, ſi de re alterius liberâ, quam ſuam eſſe putabat, per 30. ſimiliter annos ſervitia feudalia

ſeudalia ab iſtius domino, tanquam à vaſallo receperit, *Feudiſt. in d. §. ſi quis*. Dn. Vult. *d. c. 9. n. 16.* Roſenth. *c. 6. concl.* 81. Mynſing. *d. obſ. 29. cent.*

82. Sic quoq; Dominus rem ſuam in Feudum conceſſam intra 30. annos præſcribere poteſt, ut Dominium utile cum directo planè conſolidetur Dn. Vult. *d. c. 9 n. 17.* Roſ. *d. c. 6. concl.* 23. atque ita in camera judicatum fuiſſe teſtatur Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 28.

83. Feudum per præſcriptionem hoc modo à vaſallo quæſitum, veri & recti feudi naturam aſſumit, Duar. *c. 8. nu.* 6. Roſenth. *d. c. 6. concl.* 77. *n.* 11. idque ac inveſtitura intervenerit, obtinetur Roſenth. *d. concl. n.* 4. Weſenb. *c. 6. num.* 3. Unde & vaſallus hoc caſu nullo juramento quo ſeſe inveſtitum eſſe aſſerat, eſt gravandus, Roſenth. *d. loc. num. 5. lit. D. ubi multos allegat.* à domino verò per præſcriptionem obtentum, directum ei dominium acquiritur, & ſine inveſtitura vaſallus eidem obligatur. Feudiſt. *communiter in d. §. ſi quis per* 30. *annos. Si de feudo defuncti contentio ſit.*

Hæc de inveſtitura & præſcriptione feudi pro ratione inſtituti noſtri hac vice ſufficiant.

COROLLARIA.

I.

COllectarum ſolutio vera ſubjectionis teſſera eſt.

2. *Subjectionem propriè arguit cauſa domicilij: Unde ſi quis duplex domicilium habeat, utrobiq; collectæ onus ſubire cogitur.*

3. *Idq; non ſolum incolæ pro his, quæ poſſident in loco domicilij; ſed etiam pro bonis in alieno territorio ſitis collectam ſuſtinebunt.*

4. *Contra hujus exactionem vaſalli etiam ignobiles ratione*

Doctiſſimo

DN. RESPONDENTI.

INveſtituræ Feudi quæ norma, poteſtas,
Feudiſtæ certant, & adhuc ſub judice lis eſt.
Quod benè RHÖRNDORPHO *dum præſide diſſeris ore*
ERNESTE, *egregiam præſtas rem: perge, præibit*
Ille tibi: capies hinc fructus mente ſagaci,
Queîs rectè prodeſſe queas patriæque tuisque:
Vt proſis multum ſtudiis patriæque Deoque,
Atque tuis, animo puro hoc tibi comprecor unum.

Gratulatur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA ... EMANUELE

M. Reinhardus König, Philoſophiæ practicæ & Hiſtoriarum Profeſſ.